Gratias tibi ago maximas, quod doctissimum
Justum & acutum scripti lectorem mihi in-
dulseris. Ego Clarissimi Puteani insti-
tutum Opiūm saluberrimas voces ex-
osculor. At si Philippus esset & Hispania-
rum Rex, putarem me parum deberi isti
scriptori. Quid enim aliud toto isto scripto
agit, quam ut Regis sui damna, male
sana consilia, irrita coepta, suorum se-
ditiones & dissidia exaggeret, & orbi ob
oculos ponat? Hoc est argumentum
iucundae pacis subministrare Bra-
bantis ac Regi, non nobis. Certe si ad in-
citas redacta sunt ipsorum res, si prae-
stat Bataviam reliquasque insulas,
ut vocat, missas facere, ut reliquis
salus sit; judicabimus nos satius
fore usque adeo turbatis hostium rebus,
etiam alias provincias imperio nostro
attexi. Magis nostram causam agit, quam
Regis sui, si hoc modo inducias suadet
et dissuadet. Videtur mihi iste libro-

Censor

modo. esse causari, et probare quod minus ex
honore adversae partis dicta sunt. Quibus
ista statim aperte ostendunt liquido; aut
petendum sibi esse, aut ab armis absti-
nendum. At hoc dissimulandum magis
forte induciae potentibus. Cum lachryman-
te & supplicante hoste Clamare foe-
minarum est non virorum, ne dicam Batavo-
rum. Ita censet qui tutam pacem bello
praefert.